



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 82. Jacobi Arminii aliorumque Heterodoxorum Scriptorum mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. methodum in lucem dedit; Lambecius
 A. C. 1609. tamen Gerardum infimulat, quod in il-
 lustrandis Gregorii Thaumaturgi operi-
 bus potissimum versionem Ambrosii Ca-
 maldulensis in rem suam verterit, quin
 tamen vel unquam illum allegare di-
 gnatus esset. Præterea latine etiam
 reddidit S. Joannis Chrysofomi oratio-
 nem Panegyricam in SS. Apostolos Pe-
 trum & Paulum, quam insuper doctis-
 simis commentariis illustrabat, unacum
 elegantissima apostrophe ad Urbem Ro-
 manam. Obiit Leodii annis meritis-
 que gravis.

§. LXXXII.

*Jacobi Arminii aliorumque Hetero-
doxorum Scriptorum mors.*

Vid. supra
l. 174. §. 34.
tom. 52.
Adam. vit.
Philos.

Jam supra de vita & scriptis Jacobi Ar-
 minii, qui novæ sectæ Parens existi-
 tit, mentio occurrebat, unde ad alios
 non minus in errandi pertinacia celebres
 transitum facere oportet, hos inter haud
 infimus est ex Reformatis Bartholo-
 mæus Keckerman, qui Dantisci anno
 Christi millesimo quingentesimo septua-
 gesimo primo natus, Philosophiæ Magi-
 ster ac linguæ Hebraicæ Professor Hei-
 delbergæ creabatur, inde vero in pa-
 triam evocatus, Philosophiam publice
 profitebatur, ibidem die vigesima quinta
 Augusti

Augusti mortuus anno ætatis suæ tri-
 gesimo octavo. Edidit tractatus tres Sæc. XVII.
A. C. 1609.
præcognitorum logicorum, systema Theolo-
giæ, ethicæ, politicæ, æconomicæ, prudentiæ
scholasticæ &c. præter historiam Ecclesiarum
Waldensium, in qua tamen plus juve-
 nilis ardoris quam soliditatis exhibuit:
 Huic pari fato successit Haraldus Hait-
 feldus Oderbergenfis, Daniæ Cancellarius,
 qua dignitate regnantibus Fridero-
 rico II. & Christiano IV. summa laude
 defunctus, decima tertia Decembris mor-
 talitatem exiit. Reliquit posteris Hi-
 storiam Ecclesiasticam, opus Chrono-
 logicum, necnon Historiam & res ge-
 stas Regum Danorum. Utebatur stylo
 admodum gravi, iudicii sui maturita-
 tem contestante.

§. LXXXIII.

Ludovicus Bertrandus & Ignatius Lo-
yola Beatorum fastis a Paulo V.
adscripti.

Hoc anno Paulus V. duos Viros san-
 ctitatis fama celeberrimos Beatis Coste hist.
Cath. Cel-
leren. vita
S. Lud.
Bertr.
 palam adnumerabat: horum primus e-
 rat Ludovicus Bertrandus ex Ordine
 Fratrum Prædicatorum, qui die nona
 Octobris anno Christi millesimo quin-
 gentesimo octogesimo quinto mortuus
 stupendis gratiæ prodigiis inclaruit. Al-
 ter